

Ina dicitur fieri, incidit in tentationem, & in linguam diaboli. 1. Timoth. 6.9. Tertius diabolus; qui suspendit sibi contentientem. S. Bonav. hic.

Quis vestrum habebit amicum? Luc. 11. 5. amicum venientem ad me non alium intelligo, quam me ipsum: nemo quippe chario: mihi, nemo germanior, est. Ad me ergo venit de via amicus, cum transitoria deserens ad me redeo &c. S. Bernardus in Rogar. de panibus. Fortassis, & nobis aliquando venit amicus de via, id est, de vita hujus Saculi. Nunquid deserendus est? nunquid de domo projiciendus est? Panem bene intelligimus in his tribus charitatem. S. August. ser. 29. de verb. Dom.

Si amas, scribe obsecranti; si irascis, iratus licet scribe. Magnum & hoc desiderii solamen habes; si amici literas vel indignan- tis accipias. S. Hieron. ep. 42. ad Niceam.

TITULUS XI.

AMOR.

S. I.

Transformat in amatum.

Num. I.

De bono, & malo, in genere.

Figura, Symbola.

Steno pulvere terra. Gen. 13. 16. Isidorus Pelusota lib. 3. ep. 296. notat, postcos Abrah. hic comparari terram. Cap. 15. 5. verò tellis coeli: quia ex his aliqui futuri erant sapientes, & sancti, & coelestes: libulines, & illustres, instar stellarum coeli: alii vero insipientes, pravi, terrestres. Cornelius hic.

Paemina communiter mutat suam conditionem, & statum in materia sui conditionem, & statum: & sic nobilis, si ille est: regina; si effret: ducissa; si dux. Voluntas eodem modo suam mutat qualiteram qualitate amaris; cui velut sponsa nubit: si hic carnalis illa quoque carnalis efficitur: si spiritalis; hic similiter evadit inspiritalem. S. Franciscus Salesius tract. de div. am. l. 1. cap. 4.

Anima nostra, ut ait S. Dionysius, assimilatur speculo: nam quoque verus vertitur illud, in illo respiciet. Si enim coelum versus speculi faciem posueris; coelum ipsum caruleum, lucidissimaeque lumina ejus, in ipso micabunt. Si vero contra terram versaris; jam lutosas paludes, sterquiliniaeque, & caetera spurcicia; quibus scateret, in eo cernemur reflexe. Sic anima, si faciem mentis in superiora elevari; id in ea respiciet: quod si ad terram respexerit; ejus immunditia commaculabitur. S. August. si terram diligis, terra es; si coelum diligis, coelum es. Si alieni puellae, quae summo opere desiderat speciosa in oculis hominum apparere, diceretur: quod quoties vultus ad sidera erectos haberet; ejus facies folis, ac coeli, pulchritudinem acciperet, aureo- que capillos, rubicundas genas, nimioque splendore fulgentem vultum mutaretur. Quod si ad terram oculos, faciemque de- pesserit, jam illa pulchritudine amissa, pallida, lutulenta, ac deformis, cupit apparere; quanta cura coelum aspiciere fata- geres; nec terram unquam dignaretur cernere; ut species, quam cupit, permaneret. Tibi, o anima, haec a Deo sententia intima- tur: si ad sidera respicias; si Deum factorem tuum amaveris; pulchrior cunctis astris eris. Quod si in terram vultum depreciseris, amoreque terreno captaris; deformior cunctis immundis appa- rebis. Respice ergo coelum &c. Diez. Amor hominis erga Deum.

Num. II.

Patum sententia.

Terram diligis? terra eris. Deum diligis? quid dicam? Deus eris? non audeo dicere ex me: scripturas audiamus: ego dixi, dei estis, & filii Excelsi. Psalm. 81. 6.

Amando Deum efficiuntur dui: ergo amando Mundum dicuntur Mundus. Idem serm. 85. de diversis. Talis quisque, nostrum est quale est ejus dilectio. Terram diligis? terra eris. Deum dili- gis? Deus eris.

Vivo ego jam non ego; vivit vero in me Christus. Galat. 2. 20. Idem tract. 2. ep. 2. in ep. 1. Joan. Transfus cum amatis, aut fili- nus; & cum eidem vilescimus, aut chari sumus. S. Cyrillus in apolog. l. 1. c. 9.

Ubi est amor, ibi cor. Amor est vis univica: amor est vis transformativa. S. Bonav. serm. 24. de S. Maria Magd.

Cor, amando vitia; & peccata, fit quasi terra. Amando tem- poralia, inmoderate tamen citra Deum, fit aqua. Amando ani- cos carnales pure naturaliter fit aqua. Amando Deum fit ignis. S. Thom. Aqu. Ex cognitione boni, vel mali, per se homo non est bonus, vel malus; sed ex amore boni, vel mali, est homo bonus vel malus. S. Bern. tom. 3. ser. de div. dilect.

Non ex eo, quod agnovit, sed ex eo, quod amat, divinus fit homo: sicut non qui videt bonum; sed qui vult, fit bonus: & materia; non quia lucem ab igne capiat, sed quia calorem, ignis

evadit: Sic amicus non ob lucem intelligitur; sed ob calorem amoris, divinus fit. Isidorus Clarus l. 1. Orat. 47.

Num. I. I. I.

Amor Dei.

Pone me ut signaculum super cor tuum. Cant. 8. 6. Super cor, tanquam super ceram calidam, puram, & mollem, aptam suscipere impressam imaginem. Super cor calidum amorem Dei, puram munditiam sui, mollem pietate proximi. Corpus Christi ut sigillum ponitur: non ut ipsum, quod immutabile est, in nos mutetur; sed nos in imaginem Bonitatis ejus tranfmuret. S. Albertus M. serm. 20. de manducat. Sacram. Pone me &c. statim in- fert: fortis est, ut mors dilectio. Imprime tibi quasi signacu- lo per amorem fortiter in herendo: ut a me quasi signaculo formam accipias; & mea subtili expressione similitudinem tra- hes. Filibertus Abb. hic Quanta fuerit impressio amoris, tanta erit & impressio similitudinis. Aloysius Novar. Electa Sacram. lib. 3.

Anima nostra foeda est per iniquitatem; amando Deum pul- chra efficitur. Quomodo erimus pulchri? amando eum, qui semper est pulcher. S. Aug. tract. 9. in ep. S. Joan.

Num. IV.

Amor celestium.

Confringuntur cali. Psal. 88. 6. Coelestium amatores coelos vo- cat. Diez Dom. 6. post Epiph. conc. 1.

Bonum semen? hi sunt filii regni. Matth. 13. 38. Justi vocantur hic filii regni, scilicet coelestis. In phrasī Hebraica: sicut filius hominis significat hominis ministerio deditionum; ita filii regni sunt, qui coelestia diligunt; & ad ea consequenda mediis om- nibus urunt. Sicut vice versa filii Seculi dicuntur, qui Mundo impense serviunt, & quorum cura omnes in terrenis sunt. Vide Gen. 4. de filiis Cain, & Enos, diversae eorum occupatione. Diez Dom. 5. Epiph. conc. 1.

Similes est regnum caelorum. Matth. 13. 31. Nota: Ecclesiam militan- tem a Domino regnum caelorum vocari. Solet enim Scriptura homines terum, quas diligunt, nominibus appellari. Ama- tores terram vocat Jerem. 22. 39. Amatores Mundi vocat Mundum: & Mundi eum non cognovit. Joan. 1. 10. Amatores carnis vocat carnem: Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Gen. 6. 3. Coelestium amatores coelos vocat: Confringuntur cali, id est, justi mirabilia tua &c. Psal. 88. 6. Diez Dom. 6. Epiph. conc. 1.

Num. V.

Amor Mundi, Carnis, &c.

Ex Veteri.

Qua caro est. Genes. 6. 3. Ego enim, dicere vult, substan- tiam ex carne; & anima, illis dedit; ipsi autem, quasi sola carne circumdati, ita virtutes negligunt; & solam carnem sectan- tur. Et iterum: ubi processerimus, statim auditis, terram eos non nominari a divina Scriptura; eo quod terrenis cogitationibus absumantur. Dicit enim: corrupta erat terra coram Deo. v. 11. S. Chrysostr. hic hom. 23.

Circumvivi terram. Job 1. 7. Id est, terrenos, qui terrenas faci- unt, & terrena sola cogitant, & meditantur, diligunt, atque requirunt. Origines hic. Mali, in quantum carnem terrenam se- quantur, recte terra dicuntur. Quod per terram homines terreni designantur, satis aperte ostenditur per hoc, quod Dominus Jo- bum quamvis in terra habitantem, a terra tamen segregare vi- detur. Nam cum Sathan dixisset, circumvivi terram, & perambu- lavi eam, subiungitur: considerasti servum meum Job; quod non sit ei similis in terra? v. 8. Frustra enim questum videretur, an Job considerasset? qui terram circumfisset, & perambulasse se, asse- rebat; nisi servum suum Job praeter terram intellexeret. S. Thom. Aqu. hic.

Similes illis sunt, qui faciunt ea. Psal. 113. 8. Amor, adhesio- que anima ad creaturas coarctat ipsam animam creaturae; & quod major, & integrior est amor; eo major aequalitas, ac similitudo resultat. Amor siquidem similitudinem inter amantem, & ama- tum, parit. Et propterea dixit David, loquendum cum illis, qui corda sua idolorum amori immerferant: similes illis sunt, &c. F. Joannes a Cruce, Ascensus montis Carmeli c. 4.

Ungueo parvuli diligitur infantiam? Prov. 1. 22. Juxta Lyr. Hu- gonem Card. fortunae bona vocat infantiam. Sapientia foris pra- dicat in plateis, &c. v. 20. In plateis nimirum ad mercatores; & qui lucris stultus hoc vocat parvulos, & infantes: quasi minuti animi; qui viliissimis, & minutissimis, rebus ad instar puero- rum, contenti sunt. Cum esset parvulus &c. l. Cor. 13. 11. Ma- re Mundum significat: quod tritum apud Patres. Quis conclusit ostium mare? quasi parvuli infantiam. Job 38. 8. Mundus quantum quantus esse videtur, ab infantulo factis involvulo non differt. Magna ista, quia parvi sumus, credimus: multis rebus non ex natura sua, sed ex humilitate nostra, magnitudo est. Seneca l. 3. moral. quaest. 20. Quis grandis salus negotio se filium esse filii Do- nae

vultis; magis eligens affligi cum populo. Hebr. 11. 24. 25. Ponde- ra ly grandis: quasi exigui animi, puerilique levitatis, fuerit; Aegyptia regna amasse. Factus dixit Moyses cum Apostolo: cum essem parvulus &c. Juvenilia desideria fuge. 2. Timoth. 2. 22.

Fanum ut vos comedit. Dan. 4. 30. Terrena diligentes terreni efficiuntur. Nabucodonosor ob amorem inordinatum instar be- stiae fuit. Stella de amore Dei meditat. 49.

Falsi sunt abominabiles, sicut ea, qua dilexerunt. Osee 9. 10. Talis unusquisque est, quale illud est, quod diligit, vel in quo consistit. Et hoc aequo verum est; ut qui Deum diligunt, vel qui Deo confidunt, auctoritate Sanctae Scripturae, dicantur etiam dui, vel filii Dei. S. Rupertus hic lib. 4.

Ex Novo.

Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae. Matth. 3. 9. Non immerito lapidum nomine gentiles significati sunt, qui lapidei colerunt. S. Greg. hom. 20. in Ezech. q. d. potens est Deus, eos, qui cultum exhibendo lapidibus lapides facti sunt, iterum in naturam hominum, quam abiecerant, revocare. Pina in Eccl. Hierol. 13. Non utique lapides irrationales, corpo- reoque, monstrabat Mattheus; sed homines insensibiles, & du- ros: qui quia lapides, & ligna, adorabant, impletum est illud Psalmi: Similes illis sunt &c. Origines hom. 22. in Levit. Verè, qui colunt idola, & confidunt in eis, similes sunt diis suis absque sensu, sine ulla ratione; in lapides, lignaque, converti sunt. In- tendebat Mattheus his verbis in eos, qui de gentibus aderant, & idololatricò cultu lapides adorabant: qui credentes in Christum facti sunt filii Abrahae; cum fidem, quam Abraham tenuit, sunt protul- si. Sim. Casals. j. in Luc. 3.

Quomodo mundus non potest accipere. Joan. 14. 17. Mundum hic vocat amatores Mundi. Quare autem Paracletum hunc spiri- tum veritatis non possunt accipere immundi amatores Mundi? videlicet, quia consolationem suam habent, quia non lugent; quia de peccatis suis, quorum hic Paracletus remisitor est, non dolent. Rupertus l. 11. hic.

In quo erant omnia quadrupedia &c. Act. 10. 12. Curgentes indi- cantur per talia quadrupedia, quia talia adorabant: ideo in eorum similitudinem convertebantur. Sylv. hic q. 13.

Quisquis, quod seipso est deterrus, sequitur amor & ipse dete- rior. S. Aug. de mor. Eccl. Cath. cap. 3. Natura amicit est, quod amantem in amatum transformat: unde si vilia diligimus, & caedua; viles, & instabiles, efficiuntur. S. Thom. Aqu. opusc. 14. cap. 2.

S. I. I.

Amor praesentiam, & possessionem, capit amati; de absentia dolet.

Ex Veteri, & Novo.

A quo liberis me esse facietis. Gen. 42. 36. Dolentis vos ista, inquit Abulensis: quia dolentes pro re modica faciunt propositiones universales: si, ut pauca bona eis desint, dicant, se omnia habere: & si pauca bona eis desint, dicant, sibi omnia deesse. Ipsi Jacob trebant omnia filios abfore fecerunt, ex vehemen- tia doloris dicit; sed istam desintur: cum tamen aliis novem ei adhuc fore desint. Dolor hic oriebatur ex ingenti amore, quo super omnes volebat Josephum perditum; & Benjamin abducen- dum. Corn. hic.

Surrexit David, & abiit: sed & Jonathan ingressus est civitatem 1. Reg. 20. 43. Nota, sed & Jonathan. Quasi quid mirum, & incredi- bile, naretur: quod scilicet Davidem Jonathan amicum dilexit; & tamen cum eo non jert, sed in urben belusiverit. q. d. Amabat. Jonathan Davidem ut amicum suum; & abesse ab illo potuit? hoc erat, corpus vivere sine anima. Ludov. Alvarez in Josepho il- lustrato Illustr. 208.

Psallam novitui tuo altissimo. Ps. 9. S. Chryl. legit, canam. Et addit: hoc folet maxime fieri ab amantibus: qui enim amant, canunt in amantes cantica; est illis non videns; & per canticum seipos consolantur.

Non propinquam ante oculos meos rem injussum. Psal. 100. 3. Ante oculos habemus, quae diliguntur, & in quibus delectatur ani- mus; in his moratur aspectus. A re ergo mala oculos avertere, est, quidquid Deo displicet, non amare. S. Prosper hic.

Delicia meae esse cum filio hominum. Prov. 8. 31. Ubi amor, ibi oculus: nec tantum oculi, sed & aures, & lingua, & cor. Hug. Card. hic. Ubi amor, ibi oculus: libenter aspiciamus, quod multum amamus. Richardus a S. Viç. lib. de Beniam. c. 13. Si jure beatus creditur, qui ubique invenit, quod amat; julle vigor patientiae Ater, hoc est, beatus, nominatur; qui undique obviat, quod desiderat. Id. ib. c. 26.

Sub umbra illius &c. Cant. 2. S. Theodoretus lib. Hist. Reli- g. cap. 3. ait, per haec verba animam exitium suum proferri amorem; quippe quod vel ejus umbram optaverit: quandoquid- dem amantibus nedam dilecti aspectus; sed & domus, & ves- tis, & calcei grati sunt; & quidquid vel minimam ejus umbram praefert.

Astralli ab eis. Act. 21. 1. S. Chryl. & Arias, legunt, avulsi. Si- R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

gnificat, quod multa vi, & violentia, separati; tanquam a filiis charissimis. Quam difficulter amantes ab amantibus separantur. Sylv. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Impatiens est amor, nec lacrymis modus fit; nisi amori detur, quod amatur. S. Aug. Soliloq. l. 2. c. 1.

Inclinat amor amantem. Idiota de am. div. c. 1.

Viget ipse amor, cum presso est, quod amatur; & languet, cum abest. Id. ib.

Amor vita est animae. Quomodo animae bene esse potest amore languente? semper enim anima languet, quamdiu dilectum praesentem non habet. S. Bonav. serm. 1. de adv.

Subtractio rei, quam amas, augmentatio desiderii est; & quod ardentius desideras, cares aegrius. S. Bernard. serm. 51. in Cant.

Amor, nisi ad desiderata pervaserit, necat amantem; & ideo vadit, quod dicitur, non quò, debet. Et quid plura? amor, quod amat, non potest non videre. S. Chrysol. serm. 147.

Amantibus quid unquam dulcius, quid jucundius, esse po- test? quam alterutro foerit affectu, alterutro delectari aspectu? Omnia vident; si invicem non vident; horrent omnia, fordent omnia: Richardus a S. Viç. in Pl. 118.

Heliotropium. Len: Quis nos separabit? Rom. 8. 35.

S. I. I. I.

Amor est beneficis, liberalis.

Ex Veteri, Novo, & Patribus.

Vestibus Esau valde bonis induit. Gen. 27. 15. Amoris primas mater Jacobo dicaverat. Alvarez in Gen. 37. Ex amore ma- joratum, cum benedictione paterna filio Jacobo procuravit ma- ter Rebecca. Idem.

Diligebat eum - sicutque illi unquam polymitam. Gen. 37. 3. Ver- rus amor manibus probatur: qui vere diligit manus statim aper- rit. Diligit Jonathan Davidem. 1. Reg. 18. 1. Dilectionem au- dis? manus attende; nam expoliavit se v. 4. Plebejus amor est sine manibus; regius fert dona. Pastores Jesulo nihil leguntur obtulisse, sed magi Matth. 2. 11. Hic est Filius meus dilectus. Mat- th. 3. 17. Estne hic amor sine donis? Scitis, quia omnia dedit ea Pater in manus. Joan. 13. 3. Omnia dedit Filio, qui semper omnia dilexit. Beniamino a Josepho praeter ceteris dilecto major venit pars. Gen. 42. 34. Cum Spiritu Sancto, divino amore, ve- nerunt dispartire linguæ. Amor dicit munerum. Alvarez Illust. 30.

Imple accos eorum frumento, quantum possunt capere. Gen. 44. 1. Haec est mensura, quam solet facere amor. Oleaster hic.

Expoliavit se Jonathan tunicam sua. 1. Reg. 18. 4. Viator calore aestuans tunicam exuit. Jonathan amore flagrantem dilexit eum Jonathan quasi animam suam; ideo expoliavit se v. 1. Quares, cur Jonathan vestimenta potius dederit, quam aliquid aliud? dare poterat in signum amoris pecuniam, &c. Respondet Tostatus, Abulensis: quia Jonathan tunc non dabit bonum aliquid, ut ditaret David; sed ut ei amorem suum ostenderet. Cùm seipsum ei dare non posset, dedit omnia, illa, quae ipsi erant immediata. Dare ergo omnes vestes, erat quasi seipsum dare totum: dedit quoque arma charissima. Henricus Jonghen nupt. agni par. 1. Exh. 8.

Adamavit eum rex & posuit eum ad manum suam. Esth. 2. 17. Cum amavit, pluraquam, omnes, pluraquam omnibus, dedit ei. Sylveira in Apoc. 2. 7. vimentis dabo edere de ligno vitae. Sicut enim ad sapientiam, & judicem, spectat argueretia proprium amo- ris est, dare. Idem.

Diligite benefecite. Matth. 5. 44. Diligite generem nostram, & Synagoga ipse adificavit nobis. Luc. 7. 5. Beneficium, amoris signum est. Filioi, non diligamus verbos, sed opere, & veritate. Sylveira in Matth. 8. q. 8.

Citò proferte stolum primam. Luc. 15. 22. Ubi filii amore exar- sit, de vestis pretio mox curat. Quasi erubesceret, filium per- dilectum vel momento non videri eleganter vestitum. Primas ha- bet in habitu, qui primas habet in amore. Alvarez Illust. 30.

Nihil tam utile, quam diligi: nihil tam inutile, quam non amari. S. Ambrosius Offic. l. 2. cap. 7. Qui aliquid amat; et vulg prodesse. Clemens Alexandrinus lib. 1. paedag. c. 8.

S. I. V.

Amor est operatorius, inquietus &c.

Meditabar in mandatis tuis, quae dilexi. Psal. 118. 47. Negligere numquam potest homo, quae diligit. Cassio- dorus hic.

Levavi manus meas. Ibidem. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute: ob eam causam divinus Propheta meditationi actionem adjungit. S. Chrysostr. hic.

Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua; sed opere, & ve- ritate. 1. Jo. 3. 18.

Probatio dilectionis exhibitio est operis. Numquam est Dei amor

amor otiosus, operatur enim magna, sicut: si verò operari renuit, amor non est. S. Gregor. hom. 30. in Evang.  
 Signum amoris non est in affectione animi, sed in studio bonæ operationis. Idem in 1. Reg. 3.  
 Omnis amor aut ascendit, aut descendit: desiderio enim bono levamur ad Deum, & desiderio malo ad ima precipitatur. S. Aug. in Psal. 122.  
 Habet omnis amor vim suam: non potest vacare amor in anima amantis. S. Aug. in Psal. 121.  
 Vehemens potestati junctus res est amor. S. Greg. Naz. Poem. de vita sua.  
 Amor de quiete ipsa inquietior redditur. Quiescit tentatio, quiescit afflictio; sed quiescere nequit dilectio. Gilbertus in Cant. ferm. 2.  
 Amori nihil satis est: seipso satiari non potest. Idem ibidem ferm. 19.  
 Amor suggerit, quod negat ingenium. Ennodius Dictione 1.

§. V.

Amor est amati memor.

**I**n me manet, & ego in illo. Joan. 6. 57. Si hæc latius intelligere vis; considera, quomodo amans est in amato secundum amorem vere amicitie, simul & concupiscentia; cogitando de illo, desiderando illi bona, sperando ab illo, &c. & intelliges hæc. Cajetanus hic.  
 Hæc loquuntur quique, quod diligunt: & delectabiliter audiunt, quod audis cogitationibus volunt. S. Prosper l. 3. cap. 6.  
 Tunc signum est, quod homo verè diligit; si semper amatum in memoria teneat. S. Bonav. ferm. 104. Dom. 12.

§. VI.

Amoris lingua, & loquela.

**O**sculetur me osculo oris sui. Cant. 1. 1. Quis ille, quem amo; & qui me amat. Nec est necesse nomen exprimere: quia inter amantes vicem nominis supplet ipsa vis amoris. Vinum non habent. Joan. 9. 3. Ecce, quem amas. Joan. 11. 3. Ludovicus de Ponte hic.  
 Habet amor proprium idioma, quod solus novit amator. Nemo igitur huius materie idoneus auditor, nisi amator: nemo idoneus orator; nisi qui præ cæteris amore pollet. Quod enim quique ferventer amator est; eo facundior, vehementior, atque potentior, orator existet amoris. S. Thom. Villan. ferm. 1. Dom. 17.  
 Amor non sola loquitur lingua, sed oculis, suspiriis, & externa corporis constitutione. Imò ipsum silentium loco est verborum. Tibi dixit cor meum. Plal. 26. 8. Defecerunt oculi mei dicentes: Pf. 68. 4. Auribus percipe lacrymas meas. Psal. 38. 13. S. Franc. Salef. de am. div. l. 6. c. 1.

§. VII.

Amor delectat.

**D**electare in Domino. Psal. 36. 4. Delectari oportet omnem hominem petentem aliquid in eo, à quo petit: alias is, à quo petitur, denegaret; si aversum petentem ab amore suo concipieret. Omnis namque delectatio in amore fundatur; & ab ipso, velut à propria radice, procedit. Etenim abque amore delectatio nulla perficitur: prohibita, vel concessa, utilis, vel nociva; humana, sive divina; temporanea, vel æterna. Sim. Cass. lib. 6. c. 1.  
 Solent amantes eorum, quos amant, vel nuda complecti nomina, & incalescere ad ipsas appellationes. S. Chrysol. tom. 6. in Encomio S. Meletii Archiep. Antioch.  
 Omnis delectatio animæ ex amore est. Amore nihil dulcius nihil suavius, esse potest. S. Bonavent. ferm. 83. Dom. 2. Pentec.  
 Quos amamus, in ipsis profectò requiescimus. A quibus autem amamur, ipsi nos in nobis requiem paramus. S. Bernard. ep. 90.  
 Unusquisque quod præ cæteris colit, quod supra omnia miratur, & diligit; hoc ei Deus est. Origenes in lib. Judic. hom. 2.  
 Delectabile, atque jucundum, facit amor: amarum, quantumcumque amarum, atque molestum. Sic etiam, si infernus amaretur; & dulcis, & delectabilis, esset. Paupertas nobis divitiarum loco esset; infirmitas foret solatio; tormenta gaudio. Guilielmus Paris. de morib. c. 4.  
 Ignis cibus dat saporem, ita amor omnes cibos sapos reddit, & optimi gustus. Jacob Gen. 29. 20. si non dilexisset; septem anni visi fuissent septuaginta sæcula: sed quia amabat, septem anni visi sunt illi septem dies. Did. Stella de am. div. Medit. 48.

§. VIII.

Signa amoris varia.

**A**mor verus constantia probatur. S. Ambr. ep. 40.  
 Hic est mos amantium, amorem non celare, sed enuntiare vicinis; & dicere, se amare. Ardens enim res est natura dilectionis; nec potest anima sustinere, ut eam silentio tenent. S. Chrysol. in Psal. 41.  
 Hic amantium mos est, ut amorem suum silentio regere nequeant; sed necessariis suis, & charis, afferunt, & produunt: & flammam suam intra pectus cohibere non possunt. S. Thom. in c. 8. ep. ad Rom. Lect. 7.  
 Nihil adeo affectum erga rem perditam prodit, atque ob eundem jacturam dolor, atque nimia tristitia. S. Franc. Salef. par. 3. cap. 14.  
 Tanto quisque magis amare ostenditur, quanto plura, & graviora, pro amico pati non refugit. S. Tho. opusc. 9. c. 43.  
 Nihil est amoris patientius; nihil clementius: qui diligit, non offendit; aut, si offenditur, celerim placatur, propter amorem. S. Thom. Vill. Conc. de S. Jo. Evang.

§. IX.

Amoris vis, efficacia, victoria.

**V**idebantur ei pauci dies. Genes. 29. 20. Laborem levabat amor. Videtur male dixisse; cum potius dicere debuisset: videbantur ei dies multi: quoniam animo desideranti ipsa velocitas tarda est. Solutio: sic intelligendum est: videbantur illi pauci dies, id est, labor dierum parvus comparatione mercedis. Hugo Card. hic.  
 Magnam Patriarchæ Jacob amor dedit audaciam. Egressus è domo Laban, Esau præfolatur occursum. Gen. 32. Timuit Jacob valde, & perterritus, &c. v. 7. Deum precatur: erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo. v. 11. Postea capite sequenti charitas foras misit timorem. c. 33. 3. Et ipse progrediens. Sept. ipse autem præstet ante eos. S. Chrysol. hom. 33. 1. Cor. 13. Quod meticulosus fuerit, ex eo liquet; quod, dum Esau fratrem præfolaretur, timore poenge examinabatur, sed vide, qui rursus timidus ille, charitate fuscitate, leone quovis animosior, evadat: velut propugnaculum enim quoddam seipsum ante cæteros omnes locans; paratus erat ferum illum excipere primus, & suo ipsius corpore parare uxoris salutem: & quem domi timebat, quem horrebat, intueri primus acie studeat. Erat terrore major, scilicet ille in uxore amor. Luc. de Arcones in lla. 2. Disc. 4.

Amor ignorat iudicium, ratione caret, modum nescit. Amor non accipit de impossibilitate solatium, non recipit de difficultate remedium. Amor, nisi ad desiderata pervaserit, necat amantem: & ideo vadit, quò ducitur, non quò debeat. Adversus plura? amor, quod amat, non potest non videre. S. Petr. Chrysol. 147. Nihil est tam durum, atque ferreum, quod non amoris igne vincatur. S. Aug. de morib. Eccl. c. 3.  
 Amor cæteros affectus in se ducit, & captivat. Idiota de am. div. c. 1.  
 Amor contracta solidat, depresso sublevar; nutantem animum constantem reddit. Id. ib.  
 Amor dominum nescit. S. Bern. in prologo de Consider. ad Eugenium.  
 Amor omnium modorum animo princeps est, & omnes illos in se commutat; & reddit nos tales, quod est id, quod amat. S. Franc. Salef. c. 14.  
 Amor est vexillum in exercitu virtutum; eò omnes se ad illud recipere debent: est enim solum, & unicum: sub quo Dominus noster, qui solus est dux generalis illius exercitus, facit eas pugnare. Id. l. 1. c. 14.  
 Cujuslibet affectionis amor est principium. S. Thom. in Job Lect. 2. c. 1.

Varia de Amore in generi.

Per Adam Rationem, per Evam intellige affectionem, sive sensualitatem. Ad rationem cognitio, ad affectionem pertinet dilectio. Prius Adam formatus est, quam Eva: quia procedit veri cognitio; sequitur iusti dilectio. S. Bonav. in Psal. 121.  
 Amoris debita amore solvuntur: tanta ipsa est charitas, ut non nisi sola recompensetur charitate. S. Laur. Just. de triumphali agone Chr. c. 26.  
 Nihil apud mortales frequentius est negotii amoris: in hoc non solum juvenes, sed & senes plerumque, versantur: & dum ignorant veram amandi rationem, veri amoris fructum amittunt, & falsi amoris damna ingenere referunt; neque id advertunt. Isidorus Clarus l. 1. Orat. 53.  
 In hac vita virtus non est, nisi diligere, quod diligendum est. Id. eligere prudentiæ est; nullis inde averti molestiis, fortitudo est; nullis illecebris, temperantia est; nulla superbia iustitia est. S. Aug. ep. 12.  
 Non sciunt bonos, vel malos mores; nisi boni, vel mali amores. Id. ib.

TITULUS XII. AMOR DEI IN NOS

§. I.

Figure, Symbola.

**S**piritus Dei ferabatur super aquas. Genes. 1. 2. Quid putamus, esse hunc spiritum? nisi Bonitatem, amoreque Dei; quia videlicet magno super creaturam suam creator affectu ducebatur; ut, quia non poterat esse, quod ipse creaverat; tales ex ea faceret formas, in quibus creatori conjungeretur, conviveretque; & congregaret creatura. Rupertus Abb. Tuit. lib. 1. c. 7. in Gen.

**S**ume arma tua, pharetram, & arcum. Genes. 27. Pharetra Dei, quum sumpsit ad venandum homines, fuit ejus amor: arcus ejus largitas; qui arcus sumptus de pharetra amoris fagitis beneficiorum multos ad se traxit, & corda vulneravit. Hugo Card. in Psal. 33.

**M**ediacharitate constravit propter filias Jerusalem. Cant. 3. 10. Per charitatem planè & simpliciter, accipias imaginem, nomen, vel symbolum, aliquid charitatis: uti sunt carbunculi, turturæ, columbæ, flammæ: ut significaretur; totum hunc tam splendidi, ferulici ornatum non aliò spectare, quam ad ostendendum amorem, quod sponsum prosequitur sponsam, & filias Jerusalem. Cornel. à Lap. hic.

**G**audibus sponsum super sponsum, & gaudibus super te Deus tuus. Isa. 62. 5. hoc est, ut ex Sept. & Chaldeo S. Hieronymus legit; sicut letatur sponsum super sponsam; sic gaudet super te Deus tuus, & tibi maritus, magnas, & clarissimas proles ex te procreabit; scilicet magnam copiam SS. Martyrum, Confessorum, Virginum &c. Nota cum Forerio: Deus, qui felicissimus est, & immensa majestas suas voluptates, gaudia & delicias, in homine collocat; homines enim sibi desponsat, in iis sibi complacet, illis gaudet, & fruitur, uti sponsum sponfa. Cornel. à Lap. hic.

**E**t thronus ejus flamma ignis, fluvius igneus, rapidaque egredietur à facie ejus. Dan. 7. 9. 10. Hic thronus ignis, est amor: quoniam in amore Deum suam sedem habet: fluvius igneus, est infinitus ejus amor, procedens ab ipsius voluntate; quò hominum corda inflamat. Philippus Diez tit. Eucharistia.

§. I I.

Testimonia, & exempla.

Ex Veteri.

**T**enavit Deus Abraham. Genes. 22. 1. Sancti sic exponunt: Abraham Deus Pater; Isaac Filius. Quid est ergo, quòd tenavit Abraham; si Abraham Deus Pater est? sed nota: quòd 1. Joan. 4. 8. dicitur: Deus charitas est; & charitas ipsa Deum Patrem non solum tenavit, sed etiam compulsi, ut traderet Filium suum unigenitum propter nos. Rom. 8. 32. qui proprio Filio suo non peperit. Ad sum. ib. Ecce Deus Pater obedit statim imperio charitatis. Hugo Card. hic.

**D**ominus Zelotes nomen ejus. Exod. 34. 14. Orig. vid. benignitatem Dei: quomodo, ut nos doceat, & perfectos faciat, ipse fragillitatem humanorum non recusat affectuum! Dominus zelans dicitur: quia animam sibi mancipatam, & charitate desponsatam, non patitur demeruisse admiseri; sed flagellis retrahit, & castigat; quod ex immenso ejus in animas amore nascitur: Zelus namque amoris effectus est, ut docet. S. Thom. 1. 2. quæst. 28. art. 4. Ideo Zelus in Scriptura significat iram: non illam quidem, quæ est inter inimicos; sed eam, quæ ex ardenti amore oritur: ut cum parentes liberis succentes; non eis perperem volunt, sed quia diligunt. S. Dionys. lib. de div. nom. cap. 4. Deus Zelotes appellatur propter multum amorem, quem ab existentia habet. Unde, cum pietissimus Pater mundum illusione propter peccata delere vellet, rursus dolore cordis, inruens fuisse dicitur: dolor autem ex amore nascitur: non enim dolet, si non diligeret. Philipp. Diez Summa Prædic. Amor Dei.

**N**ovit justus jumentorum suorum animas. Prov. 12. 10. Novit non speculative dumtaxat, sed & practice. Novit, id est, attendit, & curam habet suorum jumentorum. Sic dicitur 2. Tim. 2. 19. cognovit Dominus, qui sum ejus. Id est, amat, curat, protegit, promovet Deum suos Electos. Plal. 1. 6. Novit Dominus viam justorum; id est, diligit, dirigit, secundat. Cornel. à Lapid. hic.

**A**gnovit eum (Jacobum) in benedictionibus suis. Eccl. 44. 26. agnoscere Dei, non est nudum, & otiosum, sed efficacax, & effectuosum: quia conjunctionum cum favore, amore, benevolentia, & beneficentia, juxta illud 2. Tim. 2. 19. Cognovit Dominus, qui sum ejus. Idem hic.

Ex Patriis, & aliis.

Deus omnia facit diligens quemadmodum beneficio afficiens possit in Paradiso; & beneficio afficiens ejetit è paradiso. Beneficio quoque afficiens gehennam minatus est. Et quemadmodum patres non solum indulgentes filiis, sed etiam verberantes, R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

patres sunt; nec minus verberantes, quam indulgentes: ita etiam Deus &c. S. Chrysol. in Psal. 110.

Multum velle ab aliquo amari, ingentis amoris indicium est hanc ob causam Deus amari tam vehementer à nobis postulat. Dilige, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Mat. 22. 37. Quod nihil est aliud, quam velle; ut, quidquid sumus, quidquid sapiamus, quidquid intelligimus, quidquid vivimus; eo amando occupetur. Id. Clarus lib. 2. or. 19.

**E**xultatus est tanquam potens crapulatus à vino. Psal. 77. 69. O vinum dilectionis fortissimum! ò triumphum potentissimum charitatis! Ecce Deus captivus tuus factus est. Si contra Deum potuisti, quanto magis contra hominem pravalebis. S. Tom. Vill. tr. de Adv. Domini.

Amore nostri prædixit noster Pater, non cessat adhortari, admonere, docere, diligere: neque enim cessat dare salutem; consulit autem ea, quæ sunt optima. Clem. Alex. orat. adhort. ad gentes.

Jure homo est Deo charus, quia ejus signum homo est. Id. lib. 1. pæd. cap. 3.

Comprehendi non potest, quanta charitate, quam paternis viscibus, ubique nostram salutem ipse desideret, ac procurer. Nulla unquam mater tam tenerè dilexit filium uteri sui, quam tenerè ille nos diligit. Fasciculus sparum in ingentem ignem missus non ita repente incenditur, quam repente Deus peccatis nostris, propter ineffabilem pietatem, & misericordiam suam, ignoscit; dum verè nos poenite vite maleactæ. Ita tibi intendit Deus, ita tui curam jugiter habet, quasi tu solus in toto terrarum orbe viveres. Ludov. Blof parad. anim. c. 2.

Tam ardens, & incontinens, est Dei amor erga nos: ut, si mors, & Passio Christi, ad salvandum hominem non sufficerent; etiam Pater coelestis, & Spiritus Sanctus quoque humanam potius assumpserent naturam; ac pro homine mortem subissent: quam eum perire se visissent. Id. in Appendice.

Hic hominis amor violentus coelum invadit, paradisi atrium potenter irrupit, omnipotentem Dominum carnis vinculis alligavit, universa ejus abstulit arma, & spolia ejus distribuit, divitias ejus immensas hominibus dedit, & ipsum Majestatis Dominum triginta tribus annis ligatum hominis obsequio mancipavit. S. Thom. Vill. conc. 3. de adventu Domini vide tom. 1. S. Bernard. ferm. 64. in Cant. triumphat de DEO amor &c.

Tu, Domine, plus in immensum amas, quam amaris: & etiam amas, licet non ameris. Idiota. cap. 19.

Non est aliquis omnino, non est, non pater aliquis, non mater, non amicus, non alius quicumque, qui ita nos aliquando dilexerit, quemadmodum ipse, qui fecit nos, DEUS. S. Chrysol. in Mat. 6. hom. 20.

Quidquid cœli micat, & splendet, ornatus: quidquid terra fragrat in floribus, sapit in fructibus, in animantium gaudet; nostro amore factum, nostræ additum est servituti. S. Petr. Chrysol. ferm. 69.

Itane summus omnium unus factus est omnium! quis hoc facit? amor dignitatis nescius dignatione dives, affectu potens, suavi efficac. Quid violentius? triumphat de DEO amor. S. Bernard. ferm. 64. in Cant.

O violentia divini amoris, qua summus, omnium infimus factus est. Idiota de div. am. cap. 5.

O fortissime amor! quam gloriosa spolia reports! omnipotentem vicisti, & de eo triumphasti: Mirabilis lucta Jacob cum DEO; sed mirabilior & excellentior hæc est. O mirabilis, & potens amor! si contra DEUM fortis fuisti, quanto magis contra homines desides, gelidos, fragiles, pravalebis! Philipp. Diez. Crux.

Ex. 34. 28. vocat Spiritus Sanctus divinam Legem, verba amicitie, & amoris. Scripsit, inquit, in tabulis verba fœderis decem, id est, decem præcepta. Et merito vocat ea verba amicitie, seu fœderis. Quantum enim hic amor est, quòd præcipiat DEUS universo Mundo, ut nemo, sub poena ire suæ, audeat tibi nocere, bona tua diripere? accedere ad uxorem tuam &c. Hanc legem DEUS omnibus in favorem tuum imposuit; estque tibi in modum epistolæ protectionis. Ob hujus beneficii considerationem dicebat David. Psal. 118. 164.  
 Scripsit in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiae tuæ. Id. fer. 4. D. 3. in Quadrag. DEUS honoravit Patrem in filio. Ephes. 6. 3. cum scilicet filius præcepit, ut parentes honorarent. Sic nos DEUS vel hinc etiam amat, quia præcepit aliis nos amare. Jo. de Pinna in Eccl. Ethol. 35.

DEUS cum habitum, aut actum nullum; quompositum sit, accedens nullum, in se habeat, nihilque in eo compositum sit, tam in essendo, quam in operando, sed simplicissima; semperque eadem sit natura; amor ejus substantia ejus est, ejus natura est, ipse DEUS est. Igitur infinitus omni modo, sine gradu, aut limitatione, intensus est omnis amor, ut est sine termino temporis extensus. Cum hominem amat, infinitè fervet intenso, nec unquam tantillo remisso amore, amat: & secundum totam extensionis ejus latitudinem, & secundum omnem potentiam suæ conatum intrinsicum, amat; se toto amat. Eodem igitur amore, tamque intenso hominum amat, atomum, nihilum; scilicet peccatorem, & reprobum amat, quò seipsum amat, quò

Pater, & Filius, se amando, Spiritum Sanctum producant. Petrus Doultreman de amore lib. 5. cap. 1. sect. 1.

S. I I I.

Amor DEI mavult amari, quam timeri.

Quotquot autem receperunt eum, &c. Joan. 1. 12. Quare hic non ponitur supplicium non recipientium? Potius totus mundus trahendus erat ad Dominum proposita misericordia, & benignitate, quam poena. Hinc explicat Joannes mercedem eorum, qui Christum, ut verum DEUM, agnoverunt. Quotquot autem receperunt eum - non tamen poenas illorum, qui in eum non crederunt. Sylv. hic q. 43. Ubi Deus Dominum mutavit in Patrem, voluit charitate magis, quam potestate regnare; & amari maluit, quam timeri. S. Chrysol. ser. 7.

Inchoavit JESUS tanquam bonus Magister orationem suam a nomine Patris, non a nomine Domini: quia magis amari appetit, quam timeri; & Pater nomen est amoris. Hugo Card. in Luc. cap. 11. Sempere omnipotenti DEO magis complacuit amari, quam timeri. S. Laur. Just. de discipl. monast. c. 16. Missus est Spiritus Sanctus, ut anorem faceret, & solveret a timore. Timor legem non implebat, amor implevit. Timuerunt homines, & non impleverunt: amaverunt, & impleverunt. Quomodo timuerunt, & non impleverunt, amaverunt, & impleverunt? Timebant homines, & rapiebant res alienas: amaverunt, & donaverunt suas. S. Aug. in Psalm. 90. post medium.

Non vult DEUS, ut timeatur ab hominibus quasi Dominus, sed ut diligatur quasi Pater: timore enim fervoratum est, amore filiorum. S. Chrysol. hom. 26. in Matth. 22.

S. I V.

A DEO amari, honor est, & beatitudo.

Diligebat autem JESUS Matabam. Joan. 11. 5. Quid gratius inveniri possit, ignoro, quam a Domino esse dilectum. Et beatitudinem quamdam insinuat, quod a creatore creatura, homo a Deo, miser a beato, mortalis a vita, diligatur. Et si omnia, quar sunt, in optionem veniant, diligere DEUM, & ab eo diligi: effect hoc pro ceteris eligendum. Amor ad DEUM est meriti, amor a DEO est premii. Sim. de Cassia lib. 5. cap. 15.

Quae major est, aut esse potest dignitas creaturae, quam ut factori suo placeat, & diligatur ab eo, qui fecit eam? aut quid illi amplius favoris, & honoris, Conditor conferre potest, quam ut placeat illi, & in oculis ejus grata, & accepta sit? S. Thom. Vill. Conc. de S. Joan. Evang.

Si quis existimet, se aliquid esse, cum nihil sit, &c. Gal. 6. 3. Quomodo penitus nihil est, quem magnificat DEUS? quomodo nihil, erga quem appositum est cor Divinum? Respiremus fratres, & si nihil sumus in cordibus nostris; forte in corde DEI potest aliquid latere de nobis. O Pater misericordiarum? O Pater misericordiarum! quid apponis erga eos cor tuum? Scio scio: ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quomodo ergo nihil sumus, si thesaurus tuus sumus? Omnes gentes quasi non sint, si sicut coram te, & quasi nihilum. S. Hier. 40. 17. Sic quidem ante te. Sic in judicio veritatis tuae, sed non sic in affectu pietatis tuae. S. Bernard. ser. 5. Dedic. Eccl.

TITULUS XIII.

AMOR CHRISTI IN NOS.

S. I.

Figure, & Symbola.

Immisit Dominus Deus laporem in Adam. Genes. 2. 21. Immisit in seipsum, factus nimirum secundum Adam. Sanè forem Christi solius charitatis fuisse nemo dubitat. S. Bern. serm. 2. in Septuag.

Ingrando arca, est longanimis patientia Christi, quae mala nostra sustulit: & nos adnuad poenitentiam expectat. Latuit in arca, charitas Christi, qui patienter pro nobis persecutiones malorum portavit; & bona sua nobis benignè communicavit. Altitudo arcae, est Christi humilitas, qua exaltari meruit. Hugo Cardin. in Gen. cap. 6. Habet Dominus &c. Habet Dominus noster Christus animas sibi nimia charitate conjunctas, quas in clero intelligentiae, vel dilectionis suae, meridiano lumine semper conservat. Aponius lib. 2. in Cant.

Ordinavit in me charitatem. Cant. 2. 4. Ex Hebr. vexillavit. Multiplices ique lapidi, possunt erui sensus. I. Vexillus vertit: cuius (sponsi) vexillum erga me est dilectio. Solent enim Duces vexillo post se trahere milites: ita sponsus sponfam amorem, tanquam vexillo, ad se, & suae castris attraxit. Cornelius hic.

Sicut malus inter ligna sylvarum. Cant. 2. 3. Quae laus, sponsum humili arbori comparatur? cum de seipso, vel sapientia aeterna est, dicit Ecclesiastici 24. 17. quasi cedrus exaltata sum. Cur non his arboribus, sed parva malo, sponsum assimilavit? Fateor, ait S. Bern. parva laus, quoniam parvi laus. Non enim hoc loco predicatur magnus Dominus, & laudabilis nimis; sed parvus Dominus, & amabilis nimis. Ergo non majestas attollitur hic; sed commendatur humilitas. Adde, etiam commendatur & charitas: nam sic Deus dilexit nos, ut humilis, & parvulus fieret, propter nos. Lud. de Ponte hic.

Erat, teste Pierio, lib. 54. malus hieroglyphicum Amoris: eo quod jucundus esset pomorum ejus gustatus, & aspectus. Amores matos esse dicebant sub malo, sub ea lusitare amantes malis se petere, & donare. Unde paulo post sponsa subjungit: sperare me malis, quia amore langueo. Cant. 2. 5. Sub arbore malo suscitavi te, id est, coepi te amare. Comparat ergo illum malo, quia ex amore apparere voluit homo inter filios hominum; sicut malus inter ligna sylvarum. Quid aliud est Christus crucifixus, nisi viva laus, & vivum hieroglyphicum Divini erga nos amoris? totus enim ibi amorem spirat, suadetque, & spergit flammam amoris; ut ligna sylvarum accendant. Id. ib. Crucifixus inter latrones, malus inter ligna sylvarum, latrones in sylvis lateant. Id.

Egredivi me, & videre filia Sion, &c. Cant. 3. 11. Tropologicè S. Ambr. lib. de Isaac & anima cap. 15. per diademam accipit charitatem, qua Christum coronavit, id est, undique cinxit, & replevit mater Christi, putà ipsa Charitas. Angeli, inquit, canunt epitalamium, perducta sponsa uelut ad sponsi requiem nuptialem; & vocant ceteras coetras vestes potestates, vel animas; ut videant charitatem, quam circa filias Jerusalem habet Christus. Unde & meruit coronari à Matre Filiius Charitatis, juxta illud Apostoli: Deus nos eripuit à potestate reproborum; & transfudit in regnum filii charitatis suae. S. Theodoretus, & Nyssenus hom. 7. Hanc coronam dilectio contexit. Cornel. à Lap. hic.

Regnabit in domo Jacob. Lib. 1. 32. Cur non in domo Abraham, Isaac, David? Jacob pro dilecta Rachel formam servi accepit: die nocturne, gelu, astu, frigore, & calore, per multos annos urebatur. Gen. 31. 40. Perfecta haec Christi figura, qui pro Ecclesia, & amore animarum nostrarum, formam servi, labores, suscepit. Hugo Card. in cit. cap. Gen. Videbantur illi paucis diebus pro amoris magnitudine. Gen. 29. 20. quia Christus brevia, & levia, reputavit, quae pro electis sustinuit. Cum dilexisset suos, in finem, &c. Jo. 1. 11. 40. 28. qui creavit terminos terrae, non desinit, neque laborabit. Sylv. in Matth. 26. cap. 5. q. 7. Oculi ejus tanquam flamma ignis. Apoc. 1. 14. Galfridus Abb. conc. 34. oculi ejus intentio ejus; quia autem charitas ignis, est nimietas charitatis: bonorum nostrorum non egens, subvenire nobis solo intuitu vehementissime charitatis intendit. Sylv. hic.

S. I I.

Amoris Christi in nos intensio, & vehementia.

Ex Veteri, & Novo.

Ordinavit in me charitatem. Cant. 2. 4. Ordinare, verbum militare est, proprie significat aciem instruere. Unde sic explicat Gaspar Sanch. instruxit contra me charitatem, tanquam aciem, vel exercitum vexillatum: ut hanc reddat sponsa rationem, cur non poterit non amari succumbere: quod coeli sponsus amorem suum, sive amoris signa, tanquam exercitum, contra illam instruxerit. Seneca lib. 4. de benefic. dicebat: neque enim necessitatibus tantummodo nostris provium est: utque in deliciis amatur. Dei videlicet Filius, non tantum in salutem, & utilitatem nostram, sed in deliciis etiam exinanitus; ut, quidquid in se dulce, suave, & jucundum est, totum id humano gustui inserviret. Sap. 16. 21. Substantia tua dulcedinem tuam, quam in filius habes, ostendebat. Incert. Auth.

Media charitate constravit propter filias Jerusalem. Cant. 3. 10. Alii, cum Sept. vertunt: medium ejus gemmis constravit ad amorem à filiabus, supple, sibi conciliandum. Aut sic: in medio ejus posuit amorem, hoc est, effugem amoris. Ut significaret: totum hoc ferculum à Christo compositum esse ex amore, sive causa amoris, ut charitatem suam omnibus manifestaret. Putant ergo nonnulli, in medio hujus ferculi positam fuisse fatuam, vel imaginem Charitatis. Quo tropologicè significatur, ait Sanchez, Charitatem virtutum omnium reginam, tanquam cor in corpore, quo caetera membra vivunt, & vigent, in medio tanquam in suo regno confedisse: à qua virtutes omnes vitam habent, & pulchritudinem. Corn. à Lap. hic.

Quid est, quod debui ultra facere, & non feci? Il. 5. 3. dicit ipse Christus. An non verba ista, ad dispendia in mille partibus hominum corda, à Spiritu Sancto posita videri possunt? quis

S. III.

Amor Christi in nos, super illud Joannis 13.

In finem dilexit.

Figure.

Ex Veteri, & Novo.

Eoriam ad pedes ejusdem tunicae per circuitum, quasi mala Punica facies - mixtae in medio circinnabulis. Ex. 28. 33. Rupertus l. 13. in Jo: qui sunt fines tunicae Sacerdotialis, nisi extrema vitæ Domini nostri: quæ sunt mala Punica valde rubentia? nisi ejus, qua majorem nemo habet, charitatis opera. Hæc utique mala finibus suæ tunicæ appendit: quia cum dilexisset suos, qui erant in Mundo, in finem dilexit eos; scilicet suam pro amicis suis animam ponendo. Tintinnabula verb, clarissima sunt dilectionis ejus verba; quibus eos in prædica cæna insinuit, & pro ipsis deinceps Patrem rogavit. Luc. de Arcon. in If. 3. Petrus Cell. Abb. lib. de pan. c. 1. videntur mihi tintinnabula pronunciare ea, quæ cum Apostolis habuit JESUS in ultimo sacrosanctæ coenæ. Mala Punica, seu granata, habent coronas: divinus enim amor in fine quasi coronatus apparuit. If. 6. 2. Unabus velabant faciem ejus, & unabus velabant pedes ejus. Nota: obvelant caput, id est, Divinitatem; sic quoque pedes Ejus extrema Charitatis opera. Sicut divina natura transcendit nostrum intellectum, sic & opera, ac amor, finis vitæ. Sylv. in Jo: 13. q. 15.

In similibus auris. Psalm. 44. 14. Aurum Symbolum amoris. Paschasius in hunc psalmum: quia in fine vitæ tota perfectio queritur. Aloys. Novar. agn. Euchar.

Pedes ejus sicut in camino ardenti. Apoc. 1. 15. S. Gregor. hom. 2. in Ezech. illud If. 31. 9. expendes: Dixit Dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus ejus in Jerusalem; ait, plus est, caminus esse, quam ignem: quia esse ignis & parvus potest; in camino autem vastior flamma succenditur; non sine mysterio pedes Christi hic non tantum in igne, sed in camino apparent: nam licet Christus per omnem vitam à primo instanti suæ conceptionis fuerit in igne charitatis erga nos; sicut visus à Moysè in Rubo Ex. 3. 2. per quod Incarnationis mysterium denotatur, juxta S. Cyrill. Alex. tamen modò pedes ejus, id est, ultima vitæ periodus, non dicuntur esse in igne, sed camino, qui fornacem ardenti. Cum dilexisset suos, Sylv. hic.

Ex Patribus.

Alii ex Græco: perfectissimè seu vehementer dilexit eos, Alii ex Hebr. in vicloriam, seu contentionem dilexit eos. Sylv. in Jo: 13. c. 5. tam alta mysteria hæc particula continet ut ad illius finem non sit pervenire. S. Aug. tr. 55. in Jo: quid est in finem? nisi in Christum. finis enim legis Christus. Rom. 10. 4. in seipsum dilexit, ut ad ipsum, tanquam finem, transiret ex hoc Mundo, & cum eo perpetuo uniantur. S. Thom. S. Bonav. in finem, id est, usque ad mortem. Sylv. in Jo: 13. q. 9.

Alii legunt, ut supra, in contentionem. Exivit hodie Christus in contentionem cum Patre, cum Sapientia sua, cum Majestate, cum morte cum amore, cum odio hostium. Exit quasi in contentionem cum Patre, dum hominum causam agit, pro eis satisfaciens, & rogans. II. Cum sapientia If. 65. 2. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, sunt verba crucifixi ad Judæos, ait Theodoretus. Vocat incredulos, & obduratos; cum dicat Seneca ep. 92. non est ars, quæ ad effectum casu venit; Sapientie ars certum petat. Verum verum est, quod Sapientia certum petat; Christus tamen vocat, quos certe sciebat non venturos. Sic erat avidus divinus amor nostræ salutis; ut quasi præmereret Divinæ Sapientie. III. Cum majestate exiit in contentionem, pedes lavans. Exiit in contentionem cum hostibus; an illi magis oditise, aut ille valeat amare. Contendit morte; an illa fortior suo amore? Thr. 3. 3. tantum in me vertit, & convertit, manum suam. Si enim omnia mala, & dolores, conferantur cum Christi doloribus, quasi nulla esse videntur. Id. q. 14.

In finem. Id est, dilectionem erga eos usque perfectè, ultra quod non posset augeri: videlicet, ut animam suam poneret pro illis. S. Rupert. in Jo: lib. 11. hic.

In finem. Excellentiorum erga homines in fine vitæ suæ dilectionem exhibuit quam in primordio egerit; ut in eorum cordibus arcibus mixta remaneret. S. Lau. Justin. de triumph. Christi agone c. 14.

In finem. Quid est, in finem diligere? nisi eis finem dilectionis, id est, dulcedinem fructuosius optare? S. Bonav. in Pl. 118.

In finem. Ad felicitatem, ad beatitudinem, quæ est illorum finis.

Quis poterit dicere vicissim Christo: Domine, quod potui pro te facere, nunquid non ex toto affectu, & totis animæ meæ viribus, feci? Jo: Nierenberg. de arte vol. cap. 68.

Opus saltem est dicitur vestris, quod nemo credet, cum narratur. Habac. 1. 5. Tanta est enim gratia DEI, & amor in nos: quod plus ipse fecit nobis; quam possimus intelligere. S. Tho. opusc. 3. cap. 6.

S. Inid. lib. 2. different. lit. P. notat, quod Christus dixit: consummatum est, & non perfectum est; nam inter utrumque est differentia, ait S. Isidorus: perfectum est, cui jam addi nihil potest; consummatum vero est quodlibet opus in finem deductum. Inde Christus opus redemptionis nostræ dicit esse consummatum, & non perfectum; Nam adeo vehementer ejus est amor; quod non videatur ei totum exhibitum, quod ejus postularet, & exoptat amor. Coloss. 1. 24. adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea; pro verbo adimpleo Syrus legit, suppleo. S. Chrysol. adeo nos diligit Christus, ut tanquam non sufficient prioris passionis, & afflictionis; post mortem etiam patiantur in me corpore; non enim contentus est morte; sed adhuc innumerabilia facit, Sylv. in Matth. 27. Jo: 17. q. 6.

Natus est nobis hodie Salvator Mundi. Luc. 2. 11. Deus similis nobis in nostra apparuit Humanitate, ut à nobis diligeretur; & idcirco non est factus angelus; sed homo: quia plus dilexit humanam naturam, quam angelicam. Excellentioris naturæ sunt angeli; magis tamen nos amavit. Nemo sibi pateret manus abscondi pro aurea: nam licet hæc fit majoris valoris, tamen carnea est propria hominis substantia; à venis, nervis & sanguine, roborata. Ita nos sumus Christi membra, & manus ejus, carnea; Angeli verò sicut aurea manus. Did. Stell. in Luc. 2.

Dicitur excessum ejus. Luc. 9. 31. O verè excessum maximum! dætaxim potentissimam! excessum metas omnitionis, & intellectus, Domine, in Jerusalem! Omnia in mensura, & numero, & pondere, dispensasti. Sed sine numero, pondere, & mensura amasti. In omnibus alioquin moderatus, & mensuratus; in solo amore fuisti nimius. S. Thom. Vill. f. in transf. Domini. Certè de excessu alio non loquebantur, quam de excessu amoris. Per quem vita rapta fuit Christo dilecto, ut daret dilectæ sponsæ. Unde mihi imaginor, quod in Cantico aeterno singulis momentis læta hæc exclamatio reputatur: Vivat Maria Filius, quem vidit, ut vires suas probaret, & faces, amor. S. Franc. Sales. de div. am. cap. 13.

Unum opus feci, & omnes miramini. Jo: 7. 21. Albertus Magnus de omnibus Christi operibus, & miraculis, explicat; ac si præ amore univerfa opera sua, quæ si scribatur per singula, nec ipsum arborum Mundum capere posse eos, qui scribenda sunt, libros. Jo: 21. 25. Unum tantum opus reputaret. Sylv. in Jo: 7.

Abraham Pater vester exultavit, ut vidisset diem meum. Jo: 8. 56. Maldonatus: ego certè non dubito, quin diem suum, adventum suum in carne; totumque tempus, quod in hoc Mundo versatus est, appellet. Quomodo Christus 33. annos vitæ suæ, diem appellat? tantus erit zelus animarum, & amor; ut tot annos diem reputet! Id. in Matth. 13. q. 13.

Quid ego facio, tu nescis meum. Jo: 13. 7. Cur Petro, altissima mysteria penetrant, dicitur hoc? penetravit generationem illam aeternam verbi divini à Patre. Matth. 16. 16. tu es Christus filius Dei vivi. Agnovit omnipotentiam Luc. 5. 5. in verbo tuo laxabo rete. Agnovit efficaciam divinæ gratiæ Jo: 6. 69. verba vitæ aeterna habes. Ad secreta divini amoris, illiusque excessus, non assequitur; quod ego facio, tu nescis. Psal. 79. 2. qui sedes super Cherubim, manifestare, &c. Hier. ostendit, Calliodor. appare. Itaque verò 6. 2. unabus velabant faciem ejus. Inter Cherubim declaratur; inter Setaphim abscondit. Facilius est intelligere ejus sapientiam, quam amorem. Id. ib.

Non habebis partem mecum. Jo: 13. 8. Cur hic Christus in eum tam aspersi postquam peccavit tam lenis? Luc. 22. 61. Conversus Dominus respexit Petrum. Cum cadit, leniter ad misericordiam reductus; at cum amoris opera impedire vult, dure ei minatur. Id. ib. q. 30.

Deus in veteri testamento plus quam ducenties appellatur Dominus exercituum; in novo tamen ferè nunquam; sed potius Pater Magister, agnus, ovis, Pastor, & Salvator: quia illud nomen erat rigoris, hoc autem pietatis. In Canticis, in quibus vagientis in stabulo charitatis celebratur, nomina dulcissima sponsi, fratris, dilecti. Franc. Mendoza in l. 1. Reg. 1. Quid magnum tanto rependatur amori; si pulvis exiguis totum se ad redamandum collegerit: quem dum illa nimium majestas in amore praveniens, tota in opus salutis ejus intentæ conspicitur. S. Bernard. tr. de dil. DEO.